



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

67. Utrum coram Abbatibus exemptis fieri possit resignatio beneficiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Porro, quod dixi de constitutione usu non recepta id disputari potest in constitutionibus seu declarationibus legum humanarum ceterum constitutiones seu declarationes legum divinarum, non eo minus veræ esse desinunt aut obligare quod usu non receptæ asserantur quemadmodum doctæ & subtiliter contra Cajetanum Navarrus annotavit *tract. de usuris n. 6. vers. Secundo Tom. 1.*

Utrum verò constitutiones promulgatæ cognitæ præsumantur videatur Menochius *lib. 2. præf. 3. per tot.* Item an constitutiones Pontificiæ afficiant Dominia secularia laicorum notatum est supra *lib. 1. q. 5. o. n. 39.*

QVÆSTIO LXVII.

Utrum coram Abbatibus fieri possit resignatio beneficiorum.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1. Distinguendum inter Abbates exemptos & non exemptos. | pleno iure subiectas. |
| 2. Ab institutione ad destitutionem argui non potest. | 4. Abbates Domini ordinarij Monachorum. |
| 3. Abbates exempti habent Ecclesias sibi | 5. Pleno iure possidere quid sit. |
| | 6. Abbates renunciare debent in manibus superioris. |

IN hac quæstione laudo Flaminium Parisium *de resign. benef. par. 1. li. 7. q. 15. per tot.* qui in hæc prope verba resolvit distinguendum esse inter Abbates non exemptos & exemptos quod Abbates qui exempti non sunt placuit non licere coram eis facere resignationes aut beneficiorum permutationes, quippe quod istis actibus jus interponendæ autoritatis non habeant collecti, quem sequitur Bellamera *de permutation. benef. 1. par. qu. 9. Card. Clem. 1. n. 18. de renunt.* Tum quod hæc autoritas proprie sit juris Episcopalis *Io. Andr. 10. Monach. Germinian Franc. in c. 1. de rer. perm. in 6. Flaminus d. l. 7. qu. 14. n. 16. 17. 18.*

2 Tum quod à facultate instituendi, non liceat arguere ad destituendi autoritatem *Flam. d. q. 14. n. 15. & seq.* adeo ut licet Abbates instituere possint in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis, institui tamen non administrant nisi prius habita licentiâ diocesani cui subiectus est *Durandus de modo congregandi Concilium generale Rubr. 4. n. 35. & Rubr. 23. n. 1. & 3. Card. d. n. 18.*

Quo verò ad Abbates exemptos qui ius conferendi habent, ij autoritatem habent resignationes & permutationes admittendi *Abbas ca. quæstionum n. 4. de rer. perm. Franc. c. 1. n. 8. eod. in 6.* estque communis opinio teste Flaminio *d. q. 15. n. 3.*

3 Ratio est, quia Abbates exempti habent Ecclesias sibi pleno iure subiectas, ideoque ius Episcopale seu iurisdictionem quasi Episcopalem *Innoc. c. 2. vers. de Abbatibus de transl.*

transl. cap. Abbates in fine de privileg. in 6. glo. Clem. 1. verb. proprij de reb. Eccles. non a-
 lien. scripsi supra eodem lib. quest. 20. In jurisdictione enim Abbatia exempta & Epi-
 scopatus equiparantur ca. ne pro defectu §. statuiimus ubi glo. in ver. regularis cap. dile-
 ctus situs ubi glo. ult. in fine de concess. preb. de andos. reg. Cancell. 26. quest. 3. n. 8. cap. 1. ca.
 in singulis de statu Monach. Aret. conf. 63. n. 4. Flaminius d. quest. 15. n. 6. & lib. 2. q. 1. n. 66.
 dicitur enim Abbatia caput omnium Ecclesiarum regularium & omnium mona-
 chasterium de statu Monach. 10. Selva tract. de beneficio par. 1. q. 2. n. 49. Flam. d. q. 15. n. 7.
 Confirmatur, qui possunt destituere, possunt recipere resignationes Flam. d. q. 14.
 Abbates autem exempti possunt destituere Paris. conf. 12. n. 14. vol. 4. Gigu de crimi-
 ne laesa Majest. q. 19. n. 9. Ergo quippe quod habeant jus visitandi ex quo oritur &
 descendit potestas puniendi castigandi privandi destituendi Feder. de Senis conf. 55.
 Fel. cap. dilect. & 1. col. 2. de reser. cap. olim de accusat. cap. nemo dist. 85. Flam. d. q. 15. n.
 18. & seq.

Accedit, quod Abbates vere dicuntur prelati & ordinarij Monachorum c. nullus 4
 Monachus c. nullam potestatem 18. quest. 2. cap. quanto & ibi Innoc. & DD. de offic. ord. in
 quos majorem & pleniorum dicuntur habere potestatem quam Episcopus habeat
 in Clericos sue diocesis Abb. c. ad nostram n. 2. c. reprehensibilis & utrobique Franc. de
 appel. Fel. c. super literis n. 10. de reser. Mandos reg. Cancell. 24. q. 2. n. 4. in fine.

Insuper ejusmodi Abbates habent Ecclesias sibi pleno jure subjectas, quod im-
 portat visitationem correctionem institutionem destitutionem Paris. d. conf. 22. n.
 14. vol. 4. conf. 35. n. 9. eod. lib. dixi late supra lib. 1. q. 9. n. 6. & seq. Hinc ipsi possunt pre-
 stare auctoritatem alienationi rerum Ecclesiasticarum Abb. d. cap. quastum n. 4. glo. d.
 Clem. 1. in verb. proprij Redoanus de alienat. rerum Ecclesiast. Rubr. 26. n. 8. Rubr. 30. cap.
 1. n. 94. dixi supra eod. lib. q. 1. & seq.

Quo vero ad Abbates, renunciare debent in manibus superioris non vero in
 manibus subditorum Abb. c. ult. nos. 2. de renunt. ubi Butrio n. 3. Flam. d. q. 15. in fine.

QVÆSTIO LXVIII.

Quid si Ecclesia in temporalibus recognoscat Abbatem, in spiritualibus vero Epif-
 copum coram utro eorum erit expedienda resignatio.

Respondeo coram Episcopo Innoc. c. ult. in fine de renunt. Card. Clem. unica nu. 17.
 de renunt. Abb. d. c. ult. n. 3. vers. quare de presbytero Flam. de resig. benef. par. 1. li. 7.
 q. 15. n. 18. Ratio est, quia resignationes expediri debent coram superiore Ecclesiasti-
 co habente spiritualia Euf. tract. de visitatione l. 2. cap. 28. n. 12. Ruffiniacus tract. de be-
 neficio c. 14. n. 41. Flam. d. q. 15. n. 18. quorum semper potissima est ratio & velut magis
 digna